L. I. §. 8. Ἐάν⁹⁾ ἐπὶ παραφυλακῇ δοθῇ ἱμάτια¹⁾ βαλανεῖ καὶ ἀπόλληται⁸⁾, εἰ μὲν ἄνευ μισθοῦ, χώρα τῇ περὶ παραθήκης ἀγωγῇ ἀπὸ μόνου δόλου· εἰ δὲ μετὰ μισθοῦ, ἢ¹⁾ περὶ μισθώσεως ἀγωγῇ ἁρμόζει⁴⁾.

ἐάν ἐπὶ παραφυλακῇ] Τοῦ ἄνω. Καὶ ὁ νυκτεπαρχος διαγνώσκει περὶ τῶν κίμωνων¹⁾, ἐάν τι πλημμελήσῃσι περὶ τὴν ὑπ' αὐτῶν φυλαττομένην ἐσθῆτα, ὡς βιβ. α. tit. ιε.

ο) Verba ex αὐτοῦ τοῦ τρόπου μου non intelligo. p) Hic nonnulla excidisse videntur, licet in Cod. Coisl. lacuna non appareat, scilicet, pacta ex intervallo contractus naturam non mutare, nec actionem transformare in utilitatem actoris. q) Syn. p. 154. r) Sic Cod. Coisl. et Syn. Fabr. ἱμάτιον. s) Sic Cod. Coisl. Fabr. ἀπόλληται. Syn. ἀπόλλεται. t) ἢ Cod. Coisl. et Syn. Fabr. ἢ. u) Syn. addit: ἢ τις ἔχει τὴν ἀπαίτησιν εἰς τὸ διπλοῦν. v) καμψόροι, capsarii, qui in balneis mercede servanda vestimenta suscipiunt, Mentio eorum fit quoque L. 3. §. ult. D. de off. Praef. vigil. 1. 15.

depositum capistrum deponi dicimus, sed vel servum vel equum: et in servo quidem vestem, in equo capistrum accessionis loco accipimus.

Stephani. Nota, accessiones rei depositae non videri ipsas praesumptive esse depositas. Hoc autem loco nota, etiam quae sint accessiones, veluti vestis servi et capistrum equi. In commodato tamen eandem circa accessiones praestare debet commodatarius diligentiam, quam circa res principales adhibere debet, ut Ulpianus lib. 2. huius partis tit. 6. dig. 5. ait.

6) non sunt deposita] Hoc est, his detritis, ipse aestimationem eorum non consequetur: quod enim rei depositae inservit et corrumpi potest, non est depositum.

In deposito⁷⁾ convenire potest⁸⁾, ut de culpa teneatur, non etiam, ut de dolo non teneatur⁹⁾.

7) in deposito] Quum rem apud aliquem deponerem, pactus sum, ut culpa quoque nomine teneretur. Pactum valebit: auget enim depositi naturam ex more meo. Sed si pactum fiat, ne ex dolo depositarium teneatur, id non valet: eiusmodi enim pactum bonae fidei adversatur et bonis moribus repugnat.

8) convenire potest] Ex continenti, quia pactum aliquid contractui adiicit, quod exigitur in his contractibus, in quibus utriusque partis utilitas vertitur.

Stephani. Hoc intellige, si ex continenti pactum factum sit: in bonae fidei iudicii pacta quidem ex continenti naturam contractus mutant et actionem transformant: exceptionem autem reo largiuntur. Latius hoc tibi lib. 1. huius partis tit. 1. dig. 40. supra tradidi.

Cyrylli. Ex pacto culpa quoque in deposito praestatur, non etiam dolus remittitur.

Anonymi. Nam et plus, et minus, quam inest bonae fidei iudicii, ab initio pacisci possumus, ut lib. 13. tit. 6. dig. 5. et lib. 50. tit. 17. dig. 23.

9) non etiam, ut de dolo non teneatur] Steph. Nota, si quis pactus sit, ne dolum depositarius praestaret, infirmum esse pactum, quia contra bonos mores est. Hoc tamen intellige de dolo futuro: nam quod dolo iam factum est, pacto remittere possumus. Nam quae iam admissa sunt, remittere humanum erit: antequam autem delinquatur, delictum futurum remittere, nihil aliud est, quam ad improbitatem propellere. Ex hac igitur ratione de furto vel iniuria iam commissis recte paciscimur, ne furti vel iniuriarum agamus: de furto autem vel iniuria futura pacisci non possumus et convenire, ne furti vel iniuriarum agamus, ut Paulus dig. 27. tit. de pactis partis primae Digestorum hanc regulam proposuit. Pacisci igitur, quoad dolum, non possumus, ne dolum praestet depositarius: pacisci tamen possumus, ne adversus eum depositi agamus, quod ipsum supra docuit Ulpianus dig. 7. tit. de pactis partis primae Digestorum.

Pactum enim non valet, quia bonae fidei adversatur et bonis moribus repugnat.

Si servanda¹⁰⁾ vestimenta data fuerint balneari et perierint, si quidem sine mercede¹¹⁾, locus est actioni depositi ex dolo tantum: si vero cum mercede, ex conducto actio¹²⁾ competit.

10) si servanda] Anonymi. Et Praefectus vigilum cognoscit de capsariis, si quid in vestimentis ab ipsis custodiendis admiserint, ut lib. 1. tit. 15. dig. 3. Pacto

διγ. γ'. Αντατόν δὲ ἀπὸ συμφώνου πάντα κίνδυνον ἀναδέχεσθαι τὸν δεποσιτάριον, ὡς βιβ. β'. tit. ιδ'. διγ. ζ'.

Τοῦ αὐτοῦ. Ἐξεῖται καὶ μισθοῦ διδομένου τῷ δεποσιτάριῳ κινεῖσθαι τὴν δεπόσιτι, ἀφ' οὗ οὐ μόνον δόλον, ἀλλὰ καὶ κούλπαν ἀπαιτεῖται, ὡς βιβ. ιγ'. tit. ε'. διγ. ε'.

† Ζήτησον βιβλίον ε'. τίτλω ε'. κεφαλαίῳ α'. περὶ τὸ τέλος αὐτοῦ, ὅπερ ἐξεφώνηθη περὶ τῶν ἐν τοῖς λουτροῖς καμψαρίων, ἐάν τι περὶ τὴν ἐπ' αὐτῶν ἐπὶ μισθῷ φυλαττομένην ἐσθῆτα πλημμελήσωσιν. [Sch. f. II. 109.]

εἰ μὲν ἄνευ μισθοῦ] Στεφ. Σημείωσαι, ὅτι γρατούτοιοι ἦτοι κατὰ χάριν εἶναι δεῖ τὸν δεποσίτου· μισθοῦ γὰρ δοθέντος ἢ συμφωνηθέντος οὐκέτι δεπόσιτι, ἀλλὰ λοκάτι καὶ κοινδοῦκι καὶ λοιπὸν οὐ μόνον ἀπὸ δόλου, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ κούλπας καὶ δολιγείας κατέχεται ὁ τὸ πρᾶγμα λαβὼν μετὰ μισθοῦ ἐπὶ τῇ παρακαταθήκῃ τοῦ πράγματος ἦτοι ἐπὶ τῇ φυλακῇ τοῦ παρατεθέντος, εἰ καὶ μὴ τὴν αὐτὴν ἐπιμέλειαν ἢ κοινδοῦκι κατὰ φύσιν ἀπαιτεῖ, ὡς ἐν τῷ προσφύῳ tit. μανθάνεις.

† Εἰ μὲν γὰρ οὐκ ἔδωκε μισθόν, ἢ δεποσίτου ἀρμόζει, δόλον μόνον ἀπαιτοῦσα· εἰ δὲ μισθὸν τούτῳ ἔδωκε, ἀρμόζει ἢ περὶ μισθώσεως ἀγωγή τὸ ἀπλοῦν ἀπαιτοῦσα. [Sch. g. II. 109.]

ἢ περὶ μισθώσεως ἀγωγῇ] Ἰωάννου. Ἀπαιτεῖ δὲ ἐπιτύθη ἢ περὶ ἐκμισθώσεως καὶ ἐξάκται δολιγείαμ παρὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, ὁ καὶ σημείωσαι. ζῆται βιβ. κ'. tit. α. κερ. μ'.

Ἐάν δοῦλόν μου ἐν μαγκιτίῳ^{w)} παράσχω ἐπὶ φυλακῇ, εἰ μὲν μισθὸν δέδωκα, ἢ περὶ ἐκμισθώσεως^{x)} ἀγωγή ἀρμόζει· εἰ δὲ τούναντίον ἔλαβον, ἢ περὶ μισθώσεως ἀγωγή, εἰ δὲ συνέδοξεν, ἀντέλλογον γενέσθαι τὰς^{y)} υπηρεσίας τῇ φυλακῇ, ἢ ἀπὸ ἐγγράφου συμφώνου ἀγωγή, εἰ δὲ μηδὲν τοιοῦτον συνεφωνήθη, μόνως δὲ τὰς διαπάνας ἐδίδου^{z)}, ἢ περὶ παραθήκης ἀγωγή ἀρμόζει ἀπὸ μόνου δόλου.

ἐάν δοῦλόν μου] Βουλόμενος τὸν ἐμὸν οἰκέτην ὡς φυγάδα λοιπὸν, ἢ καὶ τι πταίσαντα μετὰ τοῦ τιμωρεῖσθαι καὶ φυλατεῖσθαι, ἐνέβαλον εἰς ἀστοκοπέιον. μισθοῦ μὲν δεδομένου παραφυλακῆς χάριν, ἔσται κατὰ τοῦ ἀστοκοπέου ἢ κοινδοῦκι· εἰ δὲ μισθὸν ἐγὼ ὁ τοῦ οἰκέτου δεσπότης ἔλαβον ὑπὲρ τούτου τοῦ οἰκέτου, διὰ τὸ τυχὸν ἐργάζεσθαι αὐτόν, ἔχω τὴν λοκάτι. εἰ δὲ ἐναντίον τοῦ δίδοναι μισθὸν ὑπὲρ τῆς φυλακῆς τοῦ ἀστοκοπέου τὰς τοῦ οἰκέτου ὅπερας ἐκομπενσάτευσα τῇ παραφυλακῇ, ζοικε μὲν τούτο μισθώσει καὶ ἀντιμισθώσει· ἀλλ' ἐπειδὴ οὐ δίδονται ἀργύριον, ὅπερ ἢ μισθώσεως ἀπαιτεῖ, ἢ πραιοκρίπτως βέρβις ἀρμόζει μοι. εἰ δὲ τὴν τροφὴν παρέχον, ἐμοῦ οὐδὲν περὶ τῶν ἐργασιῶν τοῦ οἰκέτου συμφωνήσαντος, δίδονται μοι ἡ δεπόσιτι. ἐπὶ οὖν τῶν εἰρημένων θεμάτων ἀρμόζει μοι ποτὲ μὲν ἢ κοινδοῦκι, οἷον ἦνίκα δίδωμι μισθόν· ποτὲ δὲ ἢ δεπόσιτι, ὅτε μόνην τὴν τροφὴν παρέχον. ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῶν πρώτων τριῶν καὶ δόλον καὶ δολιγείαμ ὁ ἀστοκόπος ἐποφείλει· ἐπὶ δὲ τοῦ τελευταίου μόνον δόλον. λέγει δὲ ὁ Πομπόνιος, δὲν ἡμᾶς ἐπεσθαι τῇ τούτων συμβάσει καὶ τοῖς συμφωνηθείσι, καὶ ἐάν τι συνεφωνήθη πλέον, ὥστε καὶ δολιγείαμ ἀπαιτεῖσθαι, ἐνθα τὰ κισβάρια δίδονται, καὶ τοῦτο διὰ τὸ συμφώνον ἐποφληθήσεται. τῶς μέντοι τούτου δήλον, ὅτι ἢ δεπόσιτι κατ' ἐκτὴν μόνον δόλον ἀπαιτεῖ.

Ἐάν ἔδωκά σοι φυλάσαι οἰκέτην μου ἐν μυλῶνι, εἰ μισθὸν ἔδωκα, κινῶ κοινδοῦκι· εἰ ἔλαβον, λοκάτι· εἰ δὲ ὑπὲρ φυλακῆς ἔκαμνέ σοι, πραιοκρίπτως βέρβις, ἐπειδὴ οὐκ ἐν ἀργυρίῳ ὁ μισθός. ἐπὶ πάντων δὲ κούλπα ἀπαιτεῖται· εἰ δὲ μόνην τὴν τροφὴν παρέχω, δόλος. δεῖ δὲ σκοπεῖν καὶ τί προγέγραπται τοῦ μυλωνος. δόλον δὲ πάντως ἀπαιτεῖ. ἐν ᾧ δὲ μηδὲν περὶ ὀπερῶν ἔδοξε, δεπόσιτι κινῶ.

† Μισθοῦ μὲν δεδομένου τῆς παραφυλακῆς χάριν, ἔσται κατὰ τοῦ ἀστοκοπέου ἢ κοινδοῦκι ἦτοι ἢ περὶ ἐκμισθώσεως ἀγωγή. εἰ δὲ μισθὸν ἐγὼ ὁ τοῦ οἰκέτου δεσπότης ἔλαμβανον, διὰ τὸ τυχὸν ἐργάζεσθαι αὐτόν, ἔξω τὴν λοκάτι ἦτοι τὴν περὶ

totum periculum quoque depositarius recipere potest, ut lib. 2. tit. 14. dig. 7.

Eiusdem. Etiam mercede depositario data, depositi agere licet, et non solum dolum, verum etiam culpam praestat, ut lib. 13. tit. 6. dig. 5.

Quaere lib. 6. tit. 5. cap. 1. circa finem, quod nominatim agit de capsariis in balneis, si quid in vestimentis, quae mercede servanda susceperunt, admiserint

11) si quidem sine mercede] Stephani. Nota, gratuitum esse debere depositum: mercede enim data vel promissa non amplius depositi, sed locati et conducti actio competit: et de cetero non solum doli, verum etiam culpa et diligentiae nomine tenetur qui rem accepit cum mercede pro re deposita, id est, pro deposito custodiendo, etiamsi non eadem diligentia secundum naturam actionis ex conducto debeatur, ut titulo congruo disces.

Nam si quidem nullam mercedem dedi, actio depositi competit, in qua dolum tantum venit: si vero mercedem ei dedi, competit conducti actio, qua simplum petitur.

12) ex conducto actio] Ioannis. Hoc autem loco in actionem conducti exacta quoque diligentia venit, quod est extra eius naturam: quod observa. Quaere lib. 20. tit. 1. cap. 40.

Si servum meum¹³⁾ in pistrinum coniecero cu-^{L. 1. §. 9.} stodiae causa, si quidem mercedem dedi, ex conducto^{D. XVI. 3.} actio competit: si ex diverso mercedem accepi, ex locato actio. Quodsi convenerit, ut operae servi cum custodia pensarentur, praescriptis verbis actio est. Si vero nihil tale convenerit, et sumtus tantum praestabat, depositi actio ex dolo solo competit.

13) si servum meum] Cum servum meum fugitivum vel etiam aliud delinquentem non solum puniri, verum etiam custodiri vellem, in pistrinum eum conieci. Mercede quidem custodiae causa data, adversus pistrinarium conducti actio erit: si vero ego, servi dominus, pro hoc servo mercedem accepi, propter operas forte ab eo praestandas, locati actionem habeo. Si vero loco mercedis pro custodia pistrinario dandae operas servi cum custodia compensavi, hoc quidem locationi et conductioni simile est: sed quia pecunia non datur, quod locatio exigit, praescriptis verbis actio mihi competit. Si vero cibaria tantum praestiti, nec de operis servi quidquam convenit, datur mihi actio depositi. Casibus igitur praedictis competit mihi modo conducti actio, puta, si mercedem praesto: modo depositi actio, si cibaria tantum praestiti. Sed in tribus prioribus quidem speciebus pistor dolum et diligentiam praestat: in postrema autem dolum tantum. Ait autem Pomponius, sequi nos debere horum conjunctionem idque, quod convenerit, et si amplius convenerit, ut diligentia quoque praestaretur eo casu, quo cibaria dantur, propter pactum hoc quoque praestabitur. Interim tamen certum est, in depositi actione secundum naturam eius dolum tantum praestari.

Si servum meum tibi in pistrino custodiendum dedi, et mercedem praestiti, conducti ago: si mercedem accepi, locati: si vero pro custodia operas tibi praestitisti, praescriptis verbis, quia merces in pecunia non consistit. In omnibus autem culpa praestatur: si vero cibaria tantum praebeo, dolum. Spectari quoque debet, quid proscriptum sit pistrino. Dolum omnimodo praestatur. Quodsi nihil de operis convenerit, depositi ago.

Si quidem merces custodiae gratia intervenit, adversus pistorem erit actio conducti. Si vero ego, servi dominus, mercedem accepi forte, propter operas eius, habeo actionem locati, qua simplum petitur. Custodi-

w) Sic Fabr. Cod. Coisl. habet πείω. x) Sic Fabr. Cod. Coisl. μισθώσεως. Sed praefero Fabrotianam lectionem, quia postea μισθώσεως iterum legitur. y) Malim τῆς. z) Sic Fabr. Cod. Coisl. . . δονν.

μισθώσεως ἀγωγῆν, ἥτις εἰς τὸ ἀπλοῦν τὴν ἀπαίτησιν^{a)} ἔχει. ἀντιδιδόναι δὲ μισθὸν βουλομένος ὑπὲρ τῆς παραφυλακῆς τοῦ ἀρτοκόπου, τὰς τοῦ οἰκέτου ὁπέρας ἐκομπενάεινον τῇ παραφυλακῇ. εἴκοι μὲν τοῦτο μισθώσει· ἀλλ' ἐπειδὴ οὐ δίδεται ἀργύρια, ὅπερ ἡ μισθώσει ἀπαίτεῖ, ἡ πραεσοφίτις βέροβις ἀρμόσει μοι ἢτοι ἡ περὶ τῶν προγεγραμμένων ἡμάτων ἢτοι συμφώνων ἀγωγῆ. εἰ δὲ τὴν τροφὴν παρῆγον μόνον, οὐδὲν δὲ περὶ τῶν ἐργασιῶν τοῦ οἰκέτου συνφωνήσῃ, δίδεται μοι ἡ δεποσίτου. ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῶν πρώτων τριῶν καὶ δόλον καὶ διλιγεντίαν ἢτοι ἐπιμέλειαν ὁ ἀρτοκόπος ἐποφείλει· ἐπὶ δὲ τοῦ τελευταίου δόλον μόνον. λέγει ὁ Πομπωνίος, καὶ ἐάν τι συνφωνήσῃ πλέον, ὥστε καὶ διλιγεντίαν ἀπαίτεῖσθαι, ἔνθα τὰ κίβηρια δίδονται, τουτέστι βρώσις καὶ πόσις, καὶ τοῦτο διὰ τὸ συμφωνον ἐποφληθήσεται, τίως μὲντοι τοῦτο δῆλον, ὅτι ἡ δεποσίτου καὶ ἐαυτὴν μόνον δόλον ἀπαίτεῖ. σημειώσαι, ὅτι ὁ λαβὼν μισθὸν ἐπὶ φυλακῆν^{b)} πράγματος ἴσος ἐστὶν τῷ μισθωσαμένῳ, καὶ μόνος τοῖς τυχηροῖς οὐχ ὑπόκειται. καὶ ζῆτει τὸ ἰδ. κεφ. τοῦ α. τι. ὁμοίως καὶ περὶ τοῦ μισθοῦτος ἐαυτὸν ἐπὶ φυλακῆν πράγματος, ἡ τέχνη, βιβλίον κ'. τι. α'. κεφ. μ'. καὶ κεφ. ξα'. θμ. β'. καὶ κεφ. οβ'. [Sch. h. II. 109. sq.]

I. 1. §. 10. *D. XVI. 3.* Ἡ δὲ περὶ μισθώσεως, καὶ ἡ περὶ ἐκμισθώσεως, καὶ ἡ περὶ ἐγγράφων συμφώνων κινουμένη ἀγωγῆ καὶ ἀπὸ δόλου, καὶ ἀπὸ ῥαθυμίας δίδονται. φυλάττεται δὲ καὶ τὰ ἐπὶ τῶν τοιούτων προγεγραμμένα· ὥστε μὲντοι τὸν δεξιόμενον ἐνέχεσθαι ἀπὸ δόλου, εἴ τι δῆποτε γέγραπται.

L. 1. §. 11. *D. eod.* Ἐάν^{c)} παρακαλέσω σε πρῶτά μου πρὸς Πέτρον ἀπαγαγεῖν ἐπὶ^{d)} τῷ φυλακθῆναι, κατὰ σοῦ μὲν ἔχω τὴν περὶ ἐντολῆς ἀγωγῆν· κατὰ δὲ Πέτρον δεξιόμενον τὴν περὶ παραθήκης^{e)} ἀγωγῆν. εἰ δὲ ὀνόματί σου ἐδέξαστο, σὺ ἔχεις τὴν δεπόσιτι^{f)} καὶ ἐκχωρεῖς μοι αὐτὴν διὰ τῆς περὶ ἐντολῆς^{g)} ἀγωγῆς.

ἐάν παρακαλέσω σε] Ἡξίωσά σε λαβόντα τὸ ἐμὸν πρῶτα ἀπαγαγεῖν πρὸς Τίτιον, ὥστε μοι τοῦτο φυλάττεσθαι παρ' ἐκείνου. ζῆτεται, ποίαν ἔξω κατὰ σοῦ ἀγωγῆν. καὶ φρονὸς ὁ Πομπωνίος, εἰ μὲν οὐκ ἀπῆγαγες τὸ πρῶτα Τίτιω, ἔνοχον εἶναι σε τῇ μανδᾷ· εἰ δὲ δέδωκας, σὺ μὲν ὡς πληρωσας τὸ μανδᾶτον ἀνεύθυνος ἔση· δίδεται δὲ μοι κατὰ Τίτιον δεπόσιτι. εἰ δὲ ὁ Τίτιος τοῦτο ἐφύλαξεν οὐκ ἐμοί, κατὰ σοῦ μὲν ἔξω τὴν μανδᾷ· ἐκείνος δὲ σοι τῇ δεπόσιτι ἀγωγῆν κατασχεθήσεται, ἢν ἐξεχώρησάς μοι ἐναχόμενος τῇ μανδᾷ. εἰ δὲ ἐπὶ τούτῳ δέδωκά σοι τὸ πρῶτα, ὥστε σὲ τοῦτο φυλάττειν, εἰ μὴ Τίτιος ἀνάσχηται λαβεῖν τοῦτο καὶ φυλάξαι, Τίτιον μὴ δεξιόμενον, ἀρα ἡ δεπόσιτι ἢ ἡ μανδᾷ ἔσται μοι κατὰ σοῦ; καὶ ὁ μὲν Πομπωνίος ἀμφιβάλλει. δεῖ δὲ λέγειν, ὡς ἡ μανδᾷ ἔσται μοι κατὰ σοῦ, ἐκ τοῦ συμφώνου πλατυνομένη καὶ εἰς παραφυλακῆν. ἐνετείλαμην γὰρ σοι τοῦτο δοῦναι Τίτιω ἐπὶ παραφυλακῆ· ἐκείνου δὲ μὴ δεξιόμενον, σὲ τοῦτο φυλάττειν. ὥστε οὖν ἐπὶ δύο τοιούτοις ὑπεστὶν ἡ μανδᾷ, ἐπὶ τῷ ἀπαγαγεῖν σε τὸ πρῶτα πρὸς Τίτιον, ἐκείνου δὲ μὴ δεξιόμενον, σὲ τοῦτο φυλάττειν.

Κυρῆλλον. Ἐάν δώσω σοι πρῶτα ἀπενεγκεῖν Τίτιω, ἵνα φυλάξῃ μοι, κινῶ κατὰ σοῦ μανδᾷ, κατὰ Τίτιον δεπόσιτι. εἰ δὲ ὀνόματί σου εἶπόν σοι παραθεῖσθαι, ἔχεις δεπόσιτι, ἢν ἐκχωρεῖς μοι διὰ τῆς μανδᾷ. εἰ δὲ εἶπον, εἰ μὴ δεξήσεται αὐτὸ Τίτιος, σὺ φυλάξαι αὐτό, μανδᾷ κατέχη· ὡςπερ εἰ καὶ εἶπόν σοι, δεξάσθαι ἀπὸ τοῦδε πρῶτά μου καὶ φυλάξαι αὐτό.

L. 1. §. 12. *D. eod.* Εἰ^{h)} δὲ εἶπόνⁱ⁾ σοι, φυλάξαι τὸ πρῶτα μὴ δεξιόμενον Πέτρον, καὶ μὴ δεξήσεται^{k)}, μόνον^{l)} ἔχω κατὰ σοῦ τὴν περὶ ἐντολῆς ἀγωγῆν.

εἰ δὲ εἶπόν σοι] † Εἰ γοῦν [ἔτυχεν] Πέτρος μὴ δεξιόμενος, ἀρα δεποσίτου ἢ μανδᾷ ἔσται μοι κατὰ σοῦ; καὶ ὁ μὲν Πομπωνίος ἀμφιβάλλει. δεῖ δὲ λέγειν, ὡς ἡ μανδᾷ ἔσται μοι

a) Fabr. ἀπαίτησιν. ἔχει δὲ. Sed ἔχει pertinet ad ἀπαίτησιν. b) Malim φυλακῆν et postea τέχνη. c) In Syn. p. 154. d) Syn. ἐν. Leuncl. in marg. ἐπὶ. e) Syn. παρακαταθήκης. f) Haec εἰ δὲ ὀνόματι — τὴν δεπόσιτι add. Cod. Coisl. Desunt apud Fabr. et in Syn. g) Sic Cod. Coisl. et Syn. Fabr. ἐντολῆν et addit ἢτοι προτροπῆν, quod deest in Cod. Coisl. h) In Syn. p. 154. i) Syn. εἶπα. k) Fabr. δεξήσεται. Cod. Coisl. . . ηται i. e. δεξήσεται ut Syn. l) μόνον Cod. Coisl. et Syn. Fabr. μόνον.

diam pistoris remuneraturus, servi operas cum custodia pensavi. Hoc quidem locationi simile est: sed quia pecunia non datur, quod locatio exigit, actio praescriptis verbis mihi competet. Si vero cibaria tantum praestiti, nec de operis servi quidquam pactus sum, datur mihi depositi actio. Sed in tribus quidem prioribus speciebus pistor dolum et diligentiam praestat: in postrema autem dolum tantum. Pomponius ait, et si amplius convenerit, ut diligentia quoque praestaretur eo casu, quo cibaria dantur, hoc est, quae esui potuique necessaria sunt, propter pactum hoc quoque praestabitur. Interim tamen certum est, in depositi actione secundum eius naturam dolum tantum praestari. Nota, eum, qui mercedem pro custodia rei accepit, conductori similem esse, et casus tantum fortuitos non praestare. Et quaere cap. 19. tit. 1. Similiter de eo, qui mercede servandam rem conduxit, vel operam, lib. 20. tit. 1. cap. 40. et cap. 61. them. 2. et cap. 72.

Actio autem locati et conducti et actio praescriptis verbis et propter dolum, et propter culpam dantur. Servantur autem et quae in eiusmodi negotiis prospecta fuerint: ut tamen, qui recepit, doli nomine teneatur, si quid fuit scriptum.

Si te rogavero¹⁴⁾, ut rem meam perferas ad Petrum, ut is eam servet, adversus te quidem mandati actionem habeo; adversus Petrum autem, qui rem recepit, depositi actionem. Quodsi is tuo nomine rem recepit, tu depositi actionem habes, eamque mandati actione conventus mihi cedis.

14) si te rogavero] Rogavi te, ut rem meam ad Titium perferres, quae ab eo mihi servaretur. Quaeritur, qualem adversus te actionem sim habiturus. Et ait Pomponius, si quidem rem ad Titium non pertuleris, te mandati teneri: quodsi rem Titio tradideris, te quidem, quia mandatum impleveris, non amplius teneri, mihi vero adversus Titium depositi dari actionem. Quodsi Titius eam rem non mihi servaverit, adversus te mihi erit actio mandati: ille autem depositi actione tibi tenebitur, quam mandati conventus mihi praestabit. Quodsi rem ita tibi dedi, ut si Titius eam recipere et servare nolisset, tu eam custodies, nec eam Titius recepit, num depositi an mandati actio mihi tecum erit? Et Pomponius quidem dubitat. Dicendum autem est, mandati actionem mihi tecum esse, pacto et ad custodiam usque extensam. Nam mandavi tibi, ut rem Titio servandam dares, et si is non recepisset, tu eam custodies. Itaque ob utrumque mandati actio erit, ut rem ad Titium perferes, et si ille non receperit, tu eam custodias.

Cyrelli. Si rem tibi ad Titium perferendam dedi, ut is eam servaret, adversus te mandati ago, adversus Titium depositi. Quodsi mandavi, ut tuo nomine eam deponeres, depositi actionem habes, quam mandati conventus mihi praestas. Si vero mandavi, ut, si Titius eam non recepisset, tu custodies, mandati teneris: sicuti et cum mandavi tibi, ut rem meam ab aliquo reciperes et custodies.

Quodsi tibi dixi¹⁵⁾, si rem Petrus non receperit, tu custodito, nec eam receperit, mandati tantum adversus te actionem habeo.

15) quodsi tibi dixi] Si igitur Petrus non receperit, utrum depositi, an mandati mihi adversus te erit actio? Et Pomponius quidem dubitat: dicendum autem

κατὰ σοῦ ἐκ τοῦ συμφώνου πλατυνομένη ἕως εἰς παραφυλακὴν. ἐνετείλαμην γὰρ σοι, τούτο δοῦναι Πέτρῳ ἐπὶ παραφυλακῇ· ἐκείνου δὲ μὴ δεχομένου, σὲ τούτο φυλάττειν. ὥστε οὖν ἐπὶ δύο τούτοις ὑπῆστιν ἡ μανδάτι, ἐπὶ τῷ^m) ἀπαγαγεῖν σε τὸ πρᾶγμα πρὸς τὸν Πέτρον, ἐκείνου δὲ μὴ δεξαμένου, σὲ φυλάττειν. παρὰⁿ) τῷ αὐτῷ^o). Πομπωνίῳ κἀκεῖνο ζητεῖται. ἐνετείλαμην σοι λαβεῖν παρὰ Πέτρον ἐμοὶ διαφέρειν πρᾶγμα^p) καὶ τούτο^q) φυλάττειν. λαβὼν καὶ^r) ἐφυλάξας. πότερον τῇ μανδάτι ἢ τῇ δεπόσιτι ἔνοχος ἔσῃ μοι; καὶ μᾶλλον ἀποδέχεται, τῇ μανδάτι, ἐπειδὴ καὶ ἡ τοῦ πρὸς σὲ συναλλάγματος ἀρχὴ μανδατον ἐστίν. [Sch. i. II. 110.]

“Ὡςπερ^s) ἐὰν ἐπιτρέψω^t) σοι, ὀνόματί μου πρᾶγμα παρὰ τινος λαβεῖν καὶ φυλάττειν· προτερεῦέ μοι γὰρ τὸ τῆς ἐντολῆς συναλλάγμα.

προτερεῦέ μοι γὰρ] Τοῦ Ἄνων. Τῇ γὰρ ἀρχῇ τοῦ συναλλάγματος προσκίεται, ὡς τούτου τοῦ διγ. θεμ. ιζ.

† Καὶ οὐ χρὴ κινήθῃν τὴν δεποσίτου, ἥτις ἀπὸ δόλου μόνον χάριον λαμβάνει, ἀλλὰ τὴν διρέκταν μανδάτι, ἥτις ἀπαιτεῖ καὶ ἐπιμέλειαν· καθὼς τὸ ξα. κεφ. τοῦ ιδ. β. φησί, καὶ τὸ σα. αὐτοῦ κεφ. οὐ σπουδαίῳ ὀφφικίῳ χειρίζεῖ ὁ τὸ μανδάτον δεξάμενος. Ζήτησον τοῦ αὐτοῦ βιβ. καὶ βιβ. η. τιτ. β. κεφ. μς. θεμ. ε. καὶ γίνωσκε, ὅτι ἡ διρέκτα μανδάτι ἀτιμοῦ· ἐπὶ δὲ τῆς ἐγγυήσεως καὶ ἡ κωτριά. [Sch. k. II. 110.]

Ἐὰν^u) θέλοντί μοι παραθέσθαι σοι πρᾶγμα ἐπιτρέψῃς αὐτό^v) παρασχέιν τῷ ἀπελευθέρῳ σου· εἰ μὲν ὡς σοῦ μέλλοντος φυλάττειν ἔδωκα, κατὰ σοῦ ἔχω τὴν περὶ παραθήκης^w) ἀγωγὴν. εἰ δὲ συμβουλεύσας^x) μοι μᾶλλον τῷ ἀπελευθέρῳ παραθέσθαι, κατ’ αὐτοῦ μὲν ἔχω^y) τὴν περὶ παραθήκης ἀγωγὴν, κατὰ σοῦ δὲ οὐτε τὴν περὶ παραθήκης ἀγωγὴν, οὐτε τὴν περὶ ἐντολῆς ἡτοῦ προτροπῆς^z) ἀγωγὴν, εἰ μὴ ἐνετείλω μοι, κινδύνῳ σου αὐτῷ^a) παραθέσθαι. ὁ ἐγγυησάμενος^b) τὸν λαβόντα παραθήκην^c) ἐνέχεται, κἂν δόλον μὲν ὁ λαβὼν οὐκ ἐποίησεν, ἔχει^d) δὲ τὸ πρᾶγμα· τί γὰρ ὅτι μαινεται, ἢ ἀνηβός^e) ἐστίν, ἢ ἀδιάδοχος ἐτελεύτησε^f); καὶ ἀναγκάζεται παρασχέιν ὁ ἐγγυητής, ὅσα διὰ τῆς περὶ παραθήκης ἀγωγῆς εἰώθε δίδοσθαι.

εἰ δὲ συμβουλεύσας μοι] Ἐὰν κατὰ δόλον συμβουλεύσας, χάριον τῇ δὲ δόλο, ὡς βιβ. δ. τιτ. γ. διγ. θ. εἰ δὲ τὴν ἀπελευθέρου ὑποδεχόμενον παρ’ ἐμοῦ τὸ δεπόσιτον ἠγγυήσω, ὁ λαβὼν ἀμάρτυρας δίδωσί μοι κατὰ σοῦ τὴν ἐξ σπουδαίου ἀγωγὴν, οὐ μόνον εἰ κατὰ δόλον ἠφάνισε ταῦτα, ἀλλ’ εἰ καὶ μηδὲν περὶ αὐτοῦ δόλον ἠμαρτεν· πλὴν μέντοι εἰ σώζεται παρ’ αὐτῷ τὸ πρᾶγμα. τί γὰρ εἰ τῷ τῆς μανίας ὑπέπεσε οὗτος, ὃν ἠγγυήσω τὴν παρ’ ἐμοῦ δεχόμενον παρακαταθήκην, ἢ πούπιλλος ἦν, ἢ καὶ τετελεύτηκον, οὐδὲν παντελῶς διώδοχον ἔχων; ὡς ἐγγυητής δηλονότι κατασχεδήσῃ, ὥστε σὲ περιουσιασταὶ δοθῆναι^g), ὅπερ ὁ λαβὼν τὸ δεπόσιτον ἠδύνατο παρασχέιν, εἰ δεκτικὸς ὑπῆρχεν τῶν ἐν ἀγωγῇ τῇ ἐπὶ τοῦ δεποσίτου.

Κυρίλλ. Ἐὰν θέλοντί μοι παραθέσθαι σοι εἴπῃς, δὸς τῷδε, εἰ μὲν ὡς αὐτὸς φυλάξων εἶπες, κατέχη δεπόσιτι· εἰ δὲ ὡς συμβουλεύων μοι ἐτέρω παραθέσθαι, οὐδὲ μανδάτι κατέχη, εἰ μὴ εἶπες, κινδύνῳ σου. ὁ ἐγγυητής τοῦ δεποσιταρίου κατέχεται, κἂν δόλον οὐκ ἐποίησεν ὁ πρωτότυπος, ἀλλ’ ἔχη αὐτό, καὶ οὐκ ἀπὸ κωταίου καὶ δόλου, ἀλλ’ ὅτι μαινεται, ἢ ἀνηβός ἐστίν, ἢ διχα κληρονόμων ἀπέθανε.

ἢ ἀνηβός ἐστιν] † Ἐρώτησις. Πῶς ἐν μὲν τῷ α. κεφ. τοῦ α. τιτ. τούτο φησὶν ὁ Οὐλπιανὸς ἐν β. θεμάτι, μὴ συνί-

est, mandati actionem mihi tecum esse, pacto ad custodiam usque extensam. Nam mandavi tibi, ut rem Petro custodiendam dares: et si eam non recepisset, ut tu eam custodires. Itaque ob haec duo mandati actio erit, ut et rem ad Petrum perferas, et ut, si ille non receperit, tu custodias. Apud eundem Pomponium et hoc quaeritur. Mandavi tibi, ut a Petro rem ad me pertinentem reciperes, eamque custodires. Receptam rem et custodiisti. Utrum mandati, an depositi mihi teneberis? Et magis probat, mandati te teneri, quia et initium negotii tecum contracti mandatum est.

Quemadmodum si tibi mandavero, ut meo no- L. I. §. 13. mine rem ab aliquo recipias et custodias: nam prior D. XVI. 3. est¹⁶) mandati contractus.

16) nam prior est] Anonymi. Nam initium contractus spectatur, ut huius digesti them. 17.

Nec depositi agendum est, cui dolus tantum locum facit, sed directa mandati, quae et diligentiam exigit, ut ait cap. 61. lib. 14. et 71. eiusdem: exacto officio genere eum, qui mandatum suscepit. Quare eiusdem libri et lib. 8. tit. 2. cap. 46. them. 5. et scito, directam mandati famosam esse: in fideiussione autem etiam contrariam.

Si mihi rem apud te deponere volenti manda- L. I. §. 14. veris, ut eam apud libertum tuum deponerem: si D. eod.

quidem quasi te custodituro dedi, depositi actionem adversus te habeo. Si vero suaseris mihi¹⁷), ut magis apud libertum deponerem, cum illo quidem depositi mihi actio est: tecum vero nec depositi, nec mandati actio, nisi mihi mandaveris, ut periculo tuo apud eum deponerem. Qui fideiussit pro eo, qui depositum suscepit, tenetur, licet dolo depositarius non fecerit, modo res apud eum sit. Quid enim, si fureret, vel pupillus sit¹⁸), vel sine successore decesserit? Et fideiussor praestare compellitur, quae depositi actione praestari solent.

17) si vero suaseris mihi] Si dolo suasisti, locus actioni de dolo est, ut lib. 4. tit. 3. dig. 9. Sed si pro liberto depositum a me suscipiente fideiussisti, Labeo haud dubitans mihi adversus te ex stipulatu actionem concedit, non solum si libertus dolo res amoverit, verum etiam si dolum circa eas non admisit, modo res apud eum integra extet. Quid enim, si insaniat is, pro quo depositum a me suscipiente fideiussisti, aut pupillus sit, aut etiam decesserit, nullo prorsus successore relicto? Tanquam fideiussor scilicet teneberis, ut ea praestes, quae depositarius praestare potuisset, si capax esset eorum, quae actione depositi continentur.

Cyrilli. Si rem mihi apud te deponere volenti dixeris, illi dato, si quidem quasi ipse custoditurus dixeris, depositi teneris: si vero, ut suaderes mihi, ut apud alium deponerem, me mandati quidem teneris, nisi dixeris, periculo tuo me rem deponere. Fideiussor depositarii tenetur, licet depositarius dolo nil fecerit, rem tamen habet: et non ex quaestu et dolo, sed quia furit depositarius, vel pupillus est, vel herede non relicto decessit.

18) vel pupillus sit] Interrogatio. Quomodo Ulpianus cap. quidem 1. them. 2. tit. 1. ait, commoda-

m) Sic lege pro τό, quod habet Fabr. n) Hic Cod. Coisl. novum scholium incipit, consentiens ceterum cum iis, quae Fabr. habet. o) αὐτῷ deest in Cod. Coisl. p) Cod. Coisl. διαφέροντα πρᾶγματα. q) Cod. Coisl. ταῦτα. r) Cod. Coisl. δε. s) In Syn. p. 154. t) Syn. ἐπιστρέψω. Leucl. in marg. ἐπιτρέψω. u) Syn. p. 154. hoc habet usque ad αὐτῷ παραθέσθαι. v) Sic Fabr. et Syn. Cod. Coisl. .. τῷ. w) Syn. παρακαταθήκης, ut et postea. x) Fabr. συμβουλεύσας. Cod. Coisl. et Syn. ut in textu. y) Sic Fabr. et Syn. Cod. Coisl. ἔχω μὲν. z) Syn. ἦτοι προτροπῆς omittit. a) Syn. αὐτό. Leucl. in marg. αὐτῷ. b) Sententia inde ab ὁ ἐγγυησάμενος usque ad εἰώθε δίδοσθαι habet Harm. III. 9. §. 18. c) Harm. παρακαταθήκην. d) Harm. ἔχει. e) Harm. ὀφφανός. f) Harm. ἐτελεύτησεν. Sententia paulo aliter exhibet Harm. ita: καὶ ἀναγκάζεται παρασχέιν, ὅσα λόγῳ παρακαταθήκης ὁ ἐγγυητής εἰώθε δίδοσθαι. g) Sic apographum fratris. Fortasse legendum: ὥστε σὲ παρασχέιν ἀναγκασθῆναι.

στασθαι τὸ κομμοδατόν τῆν ἀρχὴν ἐπὶ τῷ πουπίλλῳ· ἐνταῦθα δὲ ὡς τάχα συνισταμένου τοῦ δεποσίτου λέγει ὁ αὐτός, ἐνοχόν εἶναι τὸν ἐγγυητήν· φαιμέν οὖν, ὅτι ἐκ πολλῶν αἰτιῶν ἐπὶ τοῦ δεποσίτου ἐνοχος γίνεταί ὁ ἀνηβος, οὐ μὴν ἐπὶ κομμοδατόν· πρῶτα μὲν, ὅτι ἐπὶ τοῦ κομμοδαίου, ὁπερ ὀφείλει ἐξαίτημα διληχεντίαμ, παρὰ φύσιν ἐστίν, ἐνοχόν γίνεσθαι τὸν ἀνηβόν· ἢ εἶναι τὸν ἀνηβόν, καὶ ταύτην, ἢ ἐπιμελεστάτου ἀνδρός, σπουδῆν ἀπαιτεῖσθαι. ἐπὶ δὲ τοῦ δεποσίτου, δόλου ἀπαιτουμένου, εἰκότως ἐνοχος γίνεταί τοῦτον ὁ ἀνηβος, εἰ πλησιάσει τῇ ἡβῇ, διὰ τὸ τοὺς τοιοῦτους ἀνηβους δόλου ἐνέχεσθαι, ὡς φησι κεφ. ρπθ'. τοῦ γ'. τιτ. τοῦ β'. βιβ. ἀλλὰ καὶ τὸ ἐξῆς θεμα τοῦ προκειμένου κεφ. τὸν δεκτικὸν δόλου ἀνηβόν παραθήκην λαβόντα φησὶν ἐνέχεσθαι ἀπὸ δόλου· ὥστε κατὰ φύσιν ἀπαιτουμένου ἐπὶ τοῦ δεποσίτου ἐνοχος εἰκότως ὁ τοιοῦτος ἀνηβος γίνεταί. ἔπειτα, εἰ θεματίσεις, ὅτι καὶ ὁ διδοὺς αὐτῇ τὴν παραθήκην οὐκ ἄλλως ἐνεπίστευσεν αὐτῷ ταύτην, εἰ μὴ μετὰ ἐγγυητοῦ, καὶ οὕτως πρόσφορος ὁ θεματισμός· καὶ γὰρ ἐν τῷ λε'. κεφ. τοῦ β'. τιτ. τοῦ ζ'. βιβ. οὐ ἡ ἀρχὴ· οὐκ ἰσχυρῶς ὁ ἀνηβος ἀνευ τῆς αὐθεντίας τοῦ ἐπιτρόπου τίθεται συμφωνοῦν πρὸς αἰρετὸν δικαστήν· ὁ μὲντοι παρ' αὐτοῦ δοθεὶς ὡς εἰκὸς ἐγγυητῆς δίδωσι τὴν ποιήν, οὕτως ὁ Ἐναντιοφανῆς ἐπιλύει τὸ ἐνέχεσθαι τὸν ἐγγυητὴν ἀκολούθως τῷ ιγ'. κεφ. τῷ α'. θεμ. τοῦ δ'. τιτ. τοῦ ι'. βιβ. οὐ ἡ ἀρχὴ· ἐὰν εἰδῶς σε νέον οὐκ ἐπίστευον σοι. καὶ ὁ αὐτός δὲ ὁ Ἰνδιξ οὕτως τοῦτο ἐπιλύει. εἰ μὴ τάχα καὶ κανὼν ἐστὶν ὁ λέγων· ὧν οἱ πρωτότυποι φύσει κρατοῦνται, τούτων οἱ ἐγγυηταὶ καὶ φύσει καὶ νόμῳ ἐνέχονται· ὃν εὖρος ἐν τῷ κ'. τιτ. τῆς γ'. τῶν ἰν-σπιτοῦ. ἔστι δὲ καὶ ἑτέρως θεματίσαι. ὑπόθετον, τὸ πρᾶγμα εἶναι παρὰ τῇ οὐσίᾳ τοῦ ἀνηβου σωζόμενον· καὶ ἐπεὶ ἐνοχος γίνεταί ὁ ἀνηβος καὶ τῇ, ἢ φέμ, καὶ τῇ ἀδ' ἐξιβένδουμ, ὡς τὸ β'. κεφ. τοῦ α'. τιτ. τοῦτον τοῦ βιβ. φησὶν, εἰκότως καὶ οὕτως ὁ ἐγγυητῆς ἐνέχεται· καὶ γὰρ καὶ τὸ μς'. κεφάλαιον τοῦ νβ'. βιβ. φησὶν· ἦρκα ἀπὸ πράγματος ἀγωγή φέρεται, καὶ ὁ μαινομένος καὶ ὁ ἀνηβος ἐνέχεται χωρὶς αὐθεντίας τῶν κηδευμένων. τῶς δὲ γίνωσκε, ὅτι ἡ κοττοραία μανδάτι οὐ δίδεται κατ' αὐτοῦ, ὡς βιβ. κς'. τιτ. α'. κεφάλαιον κε'. λέγει· ὁ ἐγγυησαμένος ἀνηβόν χωρὶς αὐθεντίας τοῦ ἐπιτρόπου ἐνεχόμενον, ἢ ἄσπτον, ἢ μαινομένον, ἐνέχεται μὲν, οὐκ ἔχει δὲ κατ' αὐτῶν τὴν τῆς ἐγγυησεως ἐνοχίαν. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως. πῶς δὲ δίδεται ἐγγυητῆς τῷ μαινομένῳ, ἑτέρα ἀναφέρεται ζήτησις. τῷ ε'. κεφάλαιον τοῦ β'. τιτ. τοῦ ιγ'. βιβ. ἐγγυηταὶ ὑπὲρ αὐτοῦ κωλύονται δίδεσθαι, οὐ ἀρχὴ· φησὶν ἡ διοίκησις τῶν αὐτοῦ πραγμάτων ἀπηγορεύθη. θεματίσειν, πρὸ τῆς μανίας ἐνοχόν γενεσθαι τὸν μαινομένον, καὶ ἢ μετὰ τὴν μανίαν προσληφθήναι τὸν ἐγγυητὴν, ἢ πρὸ τῆς μανίας, ἢ καὶ ἐκ διαλημματικῶν μαίνεσθαι. ὅτι δὲ καὶ μετὰ τὴν μανίαν προσλαμβάνεται ἐγγυητῆς τῷ νομίμως ἐνεχόμενῳ, φησὶ τὸ δ'. θεμα τοῦ ο'. κεφ. τοῦ α'. τίτλου τοῦ κς'. βιβλίου, οὐ ἡ ἀρχὴ· ἐὰν ἐπερωτήσω μαινομένον καὶ λάβω ἐγγυητὴν, οὐκ ἐνέχεται· εἰ δὲ νομίμως ἐνεχόμενον τοῦ μαινομένου λάβω τὸν ἐγγυητὴν, ἐνέχεται. [Sch. I. II. 111. sq.]

L. I. §. 15. Ὁ δὲ δεκτικὸς δόλου ἀνηβος, λαβὼν παραθήκην D. XVI. 3. ἀνευ τῆς τοῦ ἐπιτρόπου αὐθεντίας, ἐνέχεται ἀπὸ δόλου. κἂν δὲ μὴ ποιήσῃ δόλον, εἰς ὅσον γέγονεν εὐπορώτερος, ἐνέχεται.

εἰς ὅσον γέγονεν εὐπορώτερος] Τί γὰρ ὅτι νομίσματα ἢ τὰ παρατεθέντα, ἐδαπάνησε δὲ ταῦτα οὐ κατὰ δόλον· (τυχὸν γὰρ ὡς ἐπὶ πουπίλλος ὧν ἐνόμισεν οὐκ ἄμαρτανειν, ἐν ᾧ ταῦτα ἐδαπάνησεν) γέγονεν δὲ πλουσιώτερος ἐντεῦθεν· κατασχεθήσεται γὰρ τῇ δεπόσει, καὶ ταῦτα, μὴδὲν ἄμαρτανων.

Τοῦ Ἄνων. Σκοποῦμεν τὰς εὐπορίας ἐν τῷ καιρῷ τῆς προκατάρξεως, ὡς βιβ. γ'. τιτ. ε. διγ. λς'. καὶ βιβ. δ'. τιτ. δ'. διγ. λδ'.

L. I. §. 16. Ἐὰν χεῖρον γεγονὸς τὸ παρατεθὲν ἀποδοθῆ, ἢ D. eod. περὶ παραθήκης ἀγωγή κινεῖται¹⁾· ὅτε γὰρ χεῖρον ἀποδίδεται, δοκεῖ κατὰ δόλον^{m)} μὴ ἀποδίδεσθαι.

ἐὰν χεῖρον γεγονὸς] Πραγεθεμένην πράγματα Πρῶμῳ, χεῖρονα ταῦτα ποιήσας ὁ Πρῶμος ἀπέδωκε μοι· κινήσω κατ' αὐτοῦ τὴν δεπόσει, καὶ ταύτην τὸ δεπόσειον ἀπολαβόν· ὁ

h) Fabr. ἢ. i) Cod. Coisl. ad marg. θ'. scil. θεμα. k) ἀρμόζει. m) Sic Cod. Coisl. Fabr. δόλον.

tum in persona pupilli ab initio non consistere: hoc loco autem idem ait, quasi iam cum contraheret depositum fideiussorem eius teneri? Dicimus igitur, pupillum ex pluribus causis depositi teneri, non etiam commodati: primum quidem, quod in commodato, in quo venit exacta diligentia, praeter naturam sit, pupillum obligari: aut pupillum esse et eam praestare diligentiam, quae viri diligentissimi est. In deposito vero, quod dolum recipit, merito pupillus obligatur, si proximus sit pubertati: quia pupilli eiusmodi de dolo tenentur, ut ait cap. 189. tit. 3. lib. 2. Sed et sequens thema huiusce capituli ait, pupillum doli mali capacem, qui depositum suscepit, teneri de dolo: ut eius nomine, quod natura depositi exigit, merito talis pupillus obligetur. Deinde si fingas, eum, qui depositum ei dedit, non aliter fidei eius committere, nisi fideiussor intervenerit, conveniens quoque species erit. Etenim cap. 35. tit. 2. lib. 2. cuius initium: Pupillus sine tutoris auctoritate inutiliter compromittit in arbitrum: fideiussor tamen ab eo datus poenam praestat. Sic Enantiophanes solvit, quod dicitur, fideiussorem teneri, convenienter capiti 13. them. I. tit. 4. lib. 10. cuius initium: Si, cum scirem, te minore esse, nec tibi fidem haberem. Et ita quoque Index solvit. Nisi forte id iuris sit propter regulam, quae dicit: quorum nomine debitores principales naturaliter tenentur, eorum nomine fideiussores et naturaliter et civiliter obligantur: quam regulam invenies tit. 20. lib. 3. Institutionum. Licet etiam aliter speciem fingere. Propone, rem exstare in bonis pupilli integram: quia pupillus et in rem actione et ad exhibendum tenetur, ut ait cap. 2. tit. 1. huius libri, merito eodem modo fideiussor quoque tenetur: nam et cap. 46. lib. 52. ait: Ubi ex re actio venit, et pupillus et furiosus etiam sine tutoris vel curatoris auctoritate obligantur. Interim scias, contrariam mandati adversus eum non dari, ut ait cap. 25. tit. 1. libri 26.: Qui pro pupillo sine tutoris auctoritate obligato, prodigove, vel furioso fideiusserit, tenetur quidem, ipsi autem mandati actio adversus eos non competit. Atque haec quidem in hunc modum. Quomodo autem pro furioso fideiussor detur, alia oritur quaestio. Cap. 5. tit. 2. lib. 43. fideiussores pro eo dari prohibentur, cuius initium est: Is, cui bonorum suorum administratio interdicitur est. Finge furiosum ante furorem esse obligatum, et vel post furorem fideiussorem esse acceptum, vel etiam ante furorem, vel cum intervallis eum furere. Post furorem autem fideiussorem quoque pro furioso iure obligato accipi, dicit them. 4. cap. 70. tit. 1. lib. 26. cuius initium: Si a furioso stipulatus fuero et fideiussorem accepero, non tenetur: si vero pro furioso iure obligato fideiussorem accepero, tenetur fideiussor.

Pupillus doli mali capax, si depositum sine tutoris auctoritate suscepit, de dolo tenetur. Sed etsi dolo non fecit, in quantum locupletior factus est¹⁹⁾, tenetur.

19) in quantum locupletior factus est] Quid enim, si nummi depositi fuerint, eosque pupillus sine dolo malo consumserit: (fortasse enim, quia adhuc pupillus erat, se non peccare existimabat, cum eos consumseret:) locupletior autem inde factus est? Nam depositi tenebitur, etiamsi nihil deliquerit.

Anonymi. Spectamus facultates tempore litis contestatae, ut lib. 3. tit. 5. dig. 36. et lib. 4. tit. 4. dig. 34.

Si deterior facta²⁰⁾ res deposita reddatur, depositi actio movetur: cum enim deterior²¹⁾ redditur, videtur dolo malo reddita non esse.

20) si deterior facta] Res apud Primum depositi. Primus deteriores factas eas mihi reddidit. Agam cum eo depositi, licet depositum recuperaverim: nam

Cod. Coisl. ad marg. ε'. scil. θ'μα. n) Sic Cod. Coisl. Fabr.